



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Sanctæ Matri Ecclesiæ Catholicæ Romanæ: Dei Filiæ: Christi Sponsæ:
Magistræ Christianæ Sapientiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

S A N C T Æ
M A T R I E C C L E S I Æ
C A T H O L I C Æ R O M A N Æ:
D E I F I L I Æ:
C H R I S T I S P O N S Æ:
M A G I S T R Æ
C H R I S T I A N Æ S A P I E N T I Æ.

AND Romani Arcem Imperij
se recipit : ad supremum Vr-
bis & Orbis Apicem , Ame-
ricanum hoc Opus euolat : melius di-
xerim, Tuis pedibus prouoluitur Alma
Parens , Sacrosancta E C C L E S I A . Te
spectat , & ad Te vergit audius , re-
ctiusque,quam calybs ad boream suum
contactus magnetici effascinatus illico.
Tuum enim est totum quod è Mini-
ma S O C I E T A T E I E S V prodit: quippe
a 3 Illa

Clem. VIII
apud Suar.
Tom. 4. de
de Rel. c. 7.
num. 5.

Illa multis nominibus tota Tuā est: &
Tecum BRACHIVM DEXTRVM vel à Su-
premo Orbis Oraculo meruit appella-
ri. Tuum etiam hoc Opus est , quia
non pauca , & ea nobilissima Elogia
ex Apostolicæ Tuæ Sedis deprompsit
ærario , & quia Societatis Tuo Capiti
singulari voto deuinctissimæ. Tuum
denique quia Tuorum Pontificum,Car-
dinalium , Antistitum , & ceterorum
Ecclesiastici Ordinis Luminum beni-
gnissimis in Societatem sententijs velut
radijs illustratur. Rationi igitur con-
sonum est , vt Radij ad Solem suum , &
ad Mare Flumina reuertantur. Patere
precor , Parens benignissima huic Ope-
ri non satis exsculpto , Tuum insculpi
præclarissimum Nomen , siue Numinis
Tui tutelam huic obscuro Volumini
velut facem prælucere , in perpetuum
obseruantiae erga Te meæ , & Societa-
tis

tis affectus monumentum : Patere Au-
gustissimi Nominis , Tui , quod mali
verentur , reuerentur boni , nobilissima
inscriptione gloriari Opellam istam . Ad
aram ergo tanti Nominis , & Numinis
hanc Elogiorum tabellam reuerenter
appendo , munus equidem impar Tuæ
Maiestati : verum , vt à Socrate obser-
uatum est , Dijs ipsis minimo impen-
dio litandum , quod Dij , vt hominum
non egent rebus , ita magis expectant
immolantium affectum , quàm diuitias ,
& apparatum .

Accedit ad hanc alia dedicandi Tibi
huius Libelli ratio Cæli , solique Do-
mina , maternus scilicet amor , quo to-
tam Societatem amplecteris , non ver-
bis tantum , sed continuis prope bene-
ficijs comprobatus : *Accurrite , tanquam Pius IV.*
filij ad Patrem , dicebat aliquando sum-
mus Pastor : & iterum , Nos erimus ve-
ster

ster Protector. Optat ergo impenetrabilis
Tui Nominis clypeo hic Liber se tegi
ac protegi: Tu enim Regina illa es ad
caelestis Regis adstantis dexteram in ve-
stitu deaurato , in cuius brachijs inest
Scutum nostrum IESVS , Dei Filius,
qui datus est nobis inimicorum terro-
ri, & in protectionis asylum. Audax
equidem est huius Libri argumentum,
& liuentis inuidiae morsibus imprimis
obnoxium: ideo illum tam multis Tibi
nominibus debitum , Tuo Tibi iure,
non dico, sed soluo; non dono, sed red-
do , vt Tuo tectus patrocinio , aculea-
tos liuidorum dentes facile contundat.

*Plin. Nat.
Hist. lib.
36. cap. 4.*

In quo æmulari mihi videor celeberrimi-
num illud Regis facinus, qui Thebano
illi immensæ molis Obelisco suum ap-
pendit filium , alligauit cacumini , quo
tutius eum erigeret , & sartum tectum-
que à ruinæ periculo præseruaret , nisi
quod

quod Ego hunc meum fœtum præstantiori alligo Pyramidi, non ut Pyramidem tueatur, sed ut ab ea defendatur potius, & ut tantæ reuerentia Mæiestatis sit ab omni periculo tutus, & à zoilorum dente securus. Erit sane Liber iste, Augustissima Mater, sub Tuo patrocinio ab hostibus Liber: sub Tuo splendore splendidus: sub Tuæ lucis umbra prodire audet in lucem: sub hoc tecto imbre non horret: sub hoc clypeo tela non timet.

Quamobrem alij opima spolia, fructus purpureos ferent, Ego vero ad Tuorum pedum marginem hos Elogiorum flores appendo, tributario potius affectu, quam censu. Sequor in India degens Indorum veterum urbana vestigia, qui odoriferis calathos onerabant spolijs, ut suorum Dynastarum pedes, si non ambitiosis, floridis tamen

b coro-

coronarent tributis. In Orbis theatro
tanquam fertis redimita exultat IESV So-
cietas hisce Elogiorum floribus : quos
ex Hibleis eruditionis campis , & The-
saliæ redolentibus hortis , ex lætissimo ,
inquam , latissimoque sapientum Viri-
dario vigilans decerpfit studium : cui il-
los in amoris , & reuerentiæ tesseram , nisi
Tibi persoluerem , quæ habes in pace li-
lia , in bello rosas ? Cui nisi Tuо firmati
consecrarem ? vt & fimbria aureis cir-
cumamicta scutulis florum amœnitate
præstaret , qui velut in Aaronico surcu-
lo in eius vimine germinarunt , & lætis
calicibus imbris roscidos hauriunt.

*Lira f.
Pf. 44. 10.*

*S. Max.
bc. 2. de
Cruce.*

Tibi ergo mortalium æquè , ac im-
mortalium REGINÆ , & his verborum
flosculis velut in stemmate dico Lauros ,
Palmas , Triumphos . REGIÆ NAVI au-
rea prora decumanum salum scindenti ,
Acies , ac Validos Remiges defero , vt
spu-

spumantis dorsi rabie compressa velis
toto hausto zephiro tumentibus, por-
tum teneat coronata trophæis: Muni-
tissimæ ARCI ex solido substructæ au-
ro Aureos Clypeos innecto, qui & vni-
bone pennata spicula retundent in pe-
ctora, & radianti gemma celsum Capi-
tolium coronent: IRIDI post Noëticum
chaos in bellum antidoto, Colorum
promo varietatem omnigenam, vt ar-
cuatus inter nebulas gloriæ, tempesta-
tes sedet, cedat caliginosam nubium
audaciam. PARADISO reddo florida
dona vt luxuriet, & Cherubicos Gla-
dios, vt terreat, venenatosque ausus
flammeis linguis abstergat, deturbet,
dissipet. Alto Libano Altos Cedros ^{Orig. f.}
in sero comis vernantes, & latis Capi-
tibus sese armatas inferentes in cælum.
AQVILÆ Solis rota suspensæ Plumas
defero, quibus tranato aëre æthera radit,

*S. Amb.
ser. 5. in
Psal. 18.*

*Alcaz. in
Apoc. 4. 3.*

*S. Aug. de
gen. ad
lit. 1. 12.
c. 34.*

*Ezech. ho.
II.*

*Lauret.
Syl. alleg.
v. Aquila.*

b 2 arden-

ardentiorisque Planetæ illico suspensa
totis oculis in radiorum campo depasci-
S.Greg.
lib.32.
mor.c.14. tur. CÆLVM cingo Zodiaco , quot
Apostolicis Ducibus , tot Planetis inte-
xtum , qui facibus per Orbis ambitum
iaculatis fouent messium campos lātis-
Bucher.
Vidalp. in
Ezech.10.
2.p.2.1.1.
6.10. simis. SOLIMÆO MIRACVL O fero
Lembos aurigeros ex vtriusque Indiæ
fodinis fulgido onustos metallo , gem-
mis graues , & vt in laquearibus luceant
Sydera , & in parietibus Solis radios se
Cornel. in
Cant.4.4. exonerent. Quid plura ? Tibi T VRRI
Fortissimæ diuiniori Nomine coronata
S.Aug. in
Ioan.1v.30
Ghristler. in
Cant.4.
xi.ii.3. Mœnia onusta Victorijs. V ITI fœ-
cundissimæ Frugiferos Palmites per to-
tum terrarum Orbem expansos : FONTI
Aquæ viue Riuos crystalla luce puriora
laxantes per prata : OCEANO quam ple-
na Fluenta gemmis gratiarum : CVRRVI
Diuinæ Gloriæ ocellatas , ac yolubiles
S. Amb.
ser.2. in
Psf.118.
v.6.
Gloss. Ord.
g. Reg.10. Rotas : Salomonico THRONO auro ,
&

& argentocharitatis inerrantes Colum-
nas: Immobili Veritatis CENTRO mobi-
les Lineas toto pondere ad omnem Or-
bis partem sese librantes: MVRo Fortif-
simo Argentea Propugnacula: IACOBÆ
SCALÆ ascendentes, & descendentes An-
gelos: Fœderis ARCÆ: Spiritus Cheru-
bicos: NOETICÆ inter cœnosam Hæreti-
corum alluusionem OLIVÆ Surculum
pacis trophæum deferentes Columbas:
Propositionis MENSÆ immensos cæle-
stis synaxeos Dispensatores propono
fidelissimos: CANDELABRO ex auro ela-
borato purissimo scintillantes Lucernas: 44.
ÆNEO MARI flammeos Leones , quo-
rum humeris nitidissima virtutum om-
nium specula (non spicula) enitantur:
CIVITATI SOLIS Pennatos Radios vitæ
medicamenta stillantes: Nvbi cœlesti,
& Fulgura errantia, & lituorum more
explosa Tonitrua , quibus Hærefoes

Cornel.
Cant.7.2.

S. Amb. l.6
exam. c.8.

Perer. Gen.
28. diff. 4.
Dam. fer. de-
inu. Cruc.

Orig. f.
gen. hom. 2.
ap. Lauret.

Idem f.
leuit. bo. 13
Ibid.

Cyr. Alex.
in Zaq.

l. 5. c. 33.

Villalp. in
Ezech. 10. 2

Idem. v.

Nubes.

b 3 Arcos

Arces funditus euersæ cinereſcant. VI-
TÆ LIGNO Viridantia Folia offero ad fa-
nitatem Gentium: Triumphali PALMÆ
Victrices Ramos: Bellatrici DEBBORÆ
Strenuos Barachos, Malleos, ac Cla-
uos contra Stygium Sisaram, & asseclas:
Veritatis FIRMAMENTO fixas, non erran-
tes Stellas: Sacræ PALLADI Martis, ac
Mortis horrores, Arma contra perfi-
dos cuneos ſemper invicta. Castæ DIA-
NÆ Volantes Sagittas: Doctæ MINERVÆ
ſcientiarum Scrinia. Demum Tibi MÄ-
TRI benignissimæ obſeruantissimam Fi-
liam redbo Societatem non quidem
meo Calamo depictedam, ſed totius Or-
bis communi plauſu miris laudum Or-
namentis decoratam, & in superbiam
ſæculorum præfulgidam; vt eius tro-
phæis (toto hoc Opere conglobatis)
gloriosa triumphes, & ſi quid in eo
obſcurum latet, ſereno clareſcens vul-
tu,

Chrifl.
Cant. §. I.
n. 3.
Vieg. Apoc.
2. tom. I.
ſelt. 5.

I. ad Tim.
3. 15.

Magall.
Iudit. 4.
n. 127.

S. Dam.
fer. 1. de
S. Ioan.
Euang.

tu , id omne prorsus elimines , foueas,
ac faueas.

Cætera quæ Tua Tibi facta , non
fata dedere Magna Mater , quæ Te fe-
licissimam prædicant alter penicillus
depingat , non Ego sum satis ad tantę
præconia laudis. Quare iam vela con-
traho Bellatrix egregia , Regina Cæli ,
Domina Gentium , Vrbis , & Orbis
Lumen , Veritatis Columen , Hæreti-
corum Fulmen , Christianorum Fla-
men ; quis Tuarum laudum Oceanum
breui orationis huius concha conclu-
dat ? Quis Tuam pulchritudinem in
Sacro suo Epithalamio à Salomone tot
symbolis decantatam in compendium
redigat ? & candidas in Oculis Colum-
bas , in Genis purpuram , in Labijs Coc-
cinum , in Collo Turrim , in Pedibus
elegantiam , in Capite demum Car-
meli gloriā , qua decet maiestate de-
scribat ?

scribat ? Quis Antiquitatem, Nobilitatem Tuam vel Regis Regum sanguine purpuratam calamus perstringat ? Plura quid aggerem ? Nisi forte ad Maris fluctus vndas , ad syluam ligna deferam, ad Solem radios congregabem. Ideo hic sisto pedem ad sacros Tuos Pedes prouolutus.

E G O

S E R V V S T V V S .

E T

Filius Ancillæ Tuæ
Minimæ Societatis.

A D